

amat animam suā pōt eā. Et qui odit animam suā in hoc mūdo. in vitā etnā custodit eā. Si q̄s mihi ministrat. me sequat̄. et ubi ego sū illic et minister me⁹ erit. Si q̄s mihi ministraverit. honorificabit eū p̄ me⁹ qui in celis est.

Postilla.

In granū frumētī cadēs. Joh. xij. Hoc euā. factū est āno xpī. xxij. kal. aplis. feria. iij. luna. xi. indictioe. vi. Ante mīcū illi⁹ euā. scri. san. Jo. in eodē ca. q̄ xp̄s dixit. Venit hora vt clarificet fili⁹ hoīs. Li. xp̄s in sua passiōe clarificat⁹ est per siḡ oīsa in solis obscuratōe. in terre motu. et sepulcroz aptōe et in vli tē pli scissōe. fuit em̄ clarificat⁹ in sua resurrectōe et ascēsiōe in celū. Sz qz glām p̄cedit hūilitas. Jo. in p̄nti euā gelio agit de humilitate sue passiōis dicēs. Amē amen dico vob. Nisi granū frumētī cadēs in terrā mortuū fuerit ipsū solum manet. si aut̄ mortuū fuerit fructū multū affert. Tho. granum frumētī est xp̄s. Sicut em̄ granū frumētī meli⁹ est ceteris gramis. sic xp̄s melior ē omnib⁹. hoc granum seminatū est in incarnatiōe. germīnatū in natiuitate. et mortificatū est in passiōe. Multū fructum attulit in gē tium ouerisiōe. qz passio xpī maxie fuit causa cōuersiōis gē tium. vtz. Jo. xij. Si exaltat⁹ fuero a terra oīa traham ad meip̄sū. qui amat animam suā. Li. i. volēdo sibi delectabilia hui⁹ mū di et carnis. pōt eā. scz in futuro qz ad etnā pōitiōe eam deuat. Sic amabat animam suā ille diues qui dicebat. vt dicitur. **Luce** duodecimo. O anima mea habes multa bona posita in annos plurimos. requiesce. come de. et bibe. vnde perdidit eam. quia statim dictum ē ei. **Stulte** hac nocte repetent scilicet diaboli. animam tuam a te. et que congregasti ciuis erūt

et qui odit animam suam in hoc mū do. Thomas. scilicet dando eam pro xp̄o. in vitam eternam custodit eā. vt patet. **Mathei** xvi. qui voluerit animam suam saluam facere perdet eā. si quis mihi ministrat. Thomas. id est vult esse meus verus minister et seruus. me sequatur. **Lyra**. quasi dicitur rationabile est q̄ minister sequatur dominum. et ubi ego sum illic et minister meus erit. Thomas. nulla potest esse maior promissio. quia esse ubi christ⁹ est includit omnia bona. quia christ⁹ in quātum deus est essentialiter ipsa beatitudo. d̄ qua dicitur in ps. lxxxix. Quomaz mille anni ante oculos tuos tanq̄ dies hesterni q̄ preterint. Si quis mihi ministraverit. **Lyra** obediendo mandatis meis. honorificabit eum pater me⁹. **Glosa**. vt sit filius dei patris per adoptionē. Et ille ē maxim⁹ honor de seruo adoptari in filium dei. vt patet **Roma**. viij. Si filij et heredes.

Sequūtur nūc euangelia de pluribus martirib⁹. Euā. fm̄ **Mat.** v.

In illo tpe vidēs ihesus turbas ascēdit in mōtem. Et cū sedissz accesserūt ad eū discipuli eius. Et aperies os suū docebat eos dicēs. **Beati** paupes spū. qm̄ ipsorū ē regnū celorum. **Beati** mites. qm̄ ipsi possidebūt terram. **Beati** qui lugēt. quomā ipsi consolabunt̄. **Beati** qui esuriunt et sitiūt iusticiā. quomā ipsi saturabuntur. **Beati** misericordes. qm̄ ipsi miā cōsequēt̄. **Beati** mūdo corde. qm̄ ipsi deū videbūt. **Beati** pacifici. qm̄ filij dei vocabunt̄. **Beati** q̄ psecutiōez patiūt̄ p̄t iusticiā. qm̄ iporū ē reg. ce. **Beati** estis cū maledixerit vob hoies et psecuti vos fuerint et dixerint oē malū aduersū vos mētietes p̄t me⁹. gaudete et exultate qm̄ merces v̄a copiosa ē i cel. **Do**

Videns ihesus turbas ascē. &c. Mat. v. Mar. n. Lu. vi. Disto-
 triā hui⁹ euāgelij locutus est dñs ihs
 xps Anno ei⁹ .xxxi. n. p⁹ iulij. feria
 n. lūa. xvi. indictiōe. nñ. An̄ in ciu il-
 lius euā. scri. san. mat. in eodē ca. q⁹
 ihesus circuibat totā galileā docēs i
 sinagogis eorū & pōicās euāgelij te-
 gm. & sanās oēm languorē & oēm in-
 firmitatē in p̄lo & abijt fama eius i
 totā syriā. & obtulerūt ei oēs male
 habētes vārijs lāguorib⁹. & q̄ demo-
 nia hēbāt. & lūaticos & paliticos & cu-
 rauit eos & secute sūt eū turbe mltē
 de galilea & de decapoli & de iherosoli-
 mis & iuda & de trās iordanē. **V**idēs
 ihesus turbas **Glo.** interli. vitare vo-
 lēs multitudinē ppli. vt sol⁹ discipul⁹
 loqrēt. ascēdit i montē **Gor.** scz tha-
 bor q̄ est in galilea. & cū sedissz **Gor.**
 tanq̄ magister autētic⁹. tanq̄ hūil⁹
 plat⁹. ex hoc loco tene⁹ q⁹ qñ sit ser-
 mo secularib⁹ stat p̄dicator & iuitās
 ad pugnā & opationē. qñ dō religio-
 sis & cōtemplatiuis sedet & inuitās ad q̄
 etē. accesserūt ad eū discipuli eius.
Gor. tanq̄ magis deuoti. tāq̄ famili-
 ariter dilecti. tāq̄ spāliter vocati. &
 apertēs os suum docebat eos **Li.** scz
 octo b̄titudines dicēs. b̄ti paupes spi-
 ritu **Li.** scz volūtatie paupes vt dō li-
 berius vacēt. qm̄ iporū ē regnū celo-
 rū. **Li.** in regno em̄ itelligit oīmoda
 sufficiētia & excellētia. q̄ bñ repromit-
 tē eis in celis q̄ tpalia cōtēpserūt in tē-
 ris. b̄ti mites. **Gor.** mitis ē q̄ aliū nō
 offēdit. māliet⁹ autē q̄ se offendētes
 tollerāt. qm̄ ipsi possidebūt tēā. sup-
 ple viuetiū. de q̄ dī in ps. cxli. porcō
 mea dñe in tēā viuetiū. b̄ti q̄ lugēt.
 scz in p̄nti. **Prio** p̄ p̄ctis p̄p̄is **Secdo**
 p̄ p̄ctis alienis & miseris p̄rior **Ter-**
 cio p̄ dilatiōe gl̄e. vñ dō dixit in ps.
 cxix. **Deu** mihi. qz icolat⁹ me⁹ plon-
 gat⁹ &c. **Ite** ps. xli. fuerūt mihi lac-

me mee panes die ac nocte. dū dīat
 mihi quotidie vbi ē de⁹ tu⁹. qm̄ ipsi
 cōsolabunt **Li.** cūemēs at ē. vt illi q̄
 in p̄nti vita p̄ xpo volūtario luctu oc-
 cupant cū deo & āgel. etnalit cōsolen-
 tur. b̄ti q̄ esuriunt & sitiūt iusticiam.
Gor. & hec iusticia tribuit vnicuiq⁹
 qd̄ suū ē. deo & primo & lib̄p̄si. deo
 tria. honore creatori. amorē redepto-
 ri. timorē iudici. **Proxio** tria. obedi-
 entia sup̄iori. cōcordia pari. bñficiā
 inferiori. **Sibi** tria. mūdiciā cordi. cu-
 stodiā ori. disciplinā corpi. vere ego
 b̄ti q̄ esuriunt & sitiūt iusticiā. nō p̄-
 cūmā terrenā. sicut cupidi. nō volup-
 tatē carnalē sicut voluptuosi. nō po-
 tentiā secularē sicut supbi. isti em̄ nō
 sūt b̄ti sed miseri. qz semp esuriēt &
 nunq̄ satiabunt. vtz **Isa.** xlv. **Eccē** f-
 ui mei comedēt & vos esuriētis **Sz** bea-
 ti qui esuriunt & sitiūt iusticiā. qz sa-
 turabunt **Li.** & ista est satietas gl̄e
 celestis. de q̄ dī in ps. xvi. satiabor
 cum apparuerit gloria tua. beati mi-
 sericordes. scz paupib⁹ tribuēdo ele-
 mosinas. vtz **Dauid.** nñ. p̄ctā tua ele-
 mosinis redime. & **Prouer.** xxi. qui
 misere⁹ paup̄i beat⁹ erit. ergo dīat
 hic. beati misericordes. qm̄ ipsi mise-
 ricordiam cōsequētur **Li.** in celesti ei
 patria quis miam cōsequitur. qz vltra
 cōdignū sibi retribuit. fm̄ illd̄ qd̄ dī
 ad **Ro.** viij. **Nō** sūt cōdigne passiōes
 hui⁹ tpis ad futurā gl̄am q̄ reuelabi-
 tur i nob. quo p̄tra dī **Jaco.** n. **Judi-**
 cū sit ei sine mia q̄ non facit miam.
 b̄ti mūdo corde **Vñ** ihero. **B̄ti** mū-
 do corde quos nō arguit cōscia p̄ctō-
 rum **Et** hoc petiuit dō in ps. i. dicēs
Gor mūdū crea in me de⁹. qm̄ ipsi de-
 um videbūt **Vñ** dī in ps. xxij. **Quis**
 ascēdit in mōtē dñi aut q̄s stabit in
 loco scō eius. innoctēs manib⁹ & mū-
 do corde. **Vñ** etiā apl's. i. **Cor.** xij.
Vide m⁹ nūe p̄ speculū i enigmate.

tūc autem facie ad facie. beati pacifi
 a **Cor.** Qui paci facie de reformande
 et seruandē. siue in se siue in alijs iui
 gilāt. quoniam filij dei vocabunt. et
 cōsequēter heredes. vtz **Ro.** viij. si fi
 lij et heredes. beati qui psecutionem
 patiunt. nō tñ beati qui bñ opant: si
 etiam bñ qui psecutionē patiunt. nō
 ppter scelera vt malefici. latrones.
 et heretici. vtz. i. petri. iij. Nemo ve
 strz patiat qñ hominē aut fur a ma
 ledicē: sed ppter iusticiam. **Cor.** de
 fendēdam et seruandā. Sic facti mar
 tires qui qnto acerbioribz tormentis
 cruciabant. tātomagis i dño letabā
 tur. qm ipsorū est regnū celoz et me
 rito debet patiētie regnū. qz fm apo
 stolū. ij. ad **Thy.** ij. Si sustinebimz et
 cōregnabimz. bñ estis. **Cor.** nūc in
 spe sed tandē in re. cū maledixerint
 vobis hōies. scz carnales et infideles
 qui ex odio vobis in facie otumelias
 dixerint. et psecuti vos fuerint. scz vim
 vobis inferēdo. et dixerint omne ma
 lum aduersū vos mētētes ppter me
 .i. ppter nomē meum. gaudete **Cor.**
 interi⁹ in corde. et exultate. exterius
 in corpe. qm merces vestra copiosa ē
 in celis. vtz **Gen.** xv. ego sum mer
 ces vestra mag̃ nimis vnde etia ap
 stol⁹ paulus. p. **Cor.** ij. nec oculus
 vidit. nec auris audiuit. nec i cor hō
 minis ascendit. que pparasti diligen
 tibus te.

**Aliud euāgelium de martiribz fm
 Lucam. vi.**

In illo tempore Descēdēs ihe
 sus de mōte stetit i loco cam
 pestri. et turba discipulorum
 eius et multitudo copiosa plebis ab
 omni iudea et iherl'm et maritima et ti
 ri et sydonis qui venerāt vt audirēt
 eū et sanarent a languoribz suis et q
 vexabant a spiritibus imūdis curabā
 tur Et omnis turba qrebat eum tan

gē qz virtus de illo exibat et sanabat
 omnes Et ipse eleuatis oculis i disci
 pulos suos dicebat. bñ paupes. qz
 vestz est regnum dei. bñ qui nūc esu
 ritis: qz saturabimini Beati qui nūc
 fletis: qz ridebitis. bñ eritis cum vos
 oderint hōies et cum sepauerint vos
 et exprobrauerint et eiecerint nomē
 vestz tanq̃ malum ppter filiū homi
 nis. gaudete i illa die et exultate. Ec
 ce enim merces vestra multa est i ce
 lis.

Postilla.

Descendēs ihesus de monte et c.
Luc. vi. Nec verba sancti euā.
 locut⁹ est domin⁹ ihesus Anno eius
 xxxi. ij. yd⁹ iulij. feria. ij. lūa. xvi. in
 dictione. iij. Ante incipium illi⁹ euan
 gelij habet **Lu.** in eodem ca. Factum
 est autē in illis diebz. scz in quo xps
 p̃dicabat et miacula feat. Ernt ihus
 in mōtem orare. et erat pernoctās in
 oratione. et cum dies fact⁹ esset voca
 uit discipulos suos et elegit. xij. ex ip
 sis quos apostolos nominauit Symo
 nem quē cognominauit petz et andre
 am frēm eius. iacobū et iohem. phi
 lipū et bartholomeū. matheū et thy.
 iacobum alphej. i. filiū alphej et simo
 nem qui vocat zelotes. iudaz iacobi
 .i. frēm iacobi. et iudam scarioth qui
 fuit p̃dicator. et descendēs de monte cū
 illis. scz apostolis. stetit in loco cam
 pestri et turba discipulorū eius **Cor.**
 steterūt circa eum Ex hoc ptz qz mul
 tos hēbat discipulos qz nō solum xij.
 apostolos: sed etia. lxxij. et forte plu
 res. multos enim cōuerterat. et mul
 tudo copiosa plebis sedit circa eū
 sicut solet fieri in sermōibz Ab om
 ni iudea et iherusalem et maritima.
Corra. maritima dicitur hic regio
 iuxta mare germanum sita non iux
 ta galilee. et tyri et sydonis. que fue
 runt ciuitates gentilium. qui vene
 rant vt audirent eum et sanarentur

a languoribus suis. et qui vexaban-
tur a spiritibus immundis curabantur
Gor. et est notabile quod ante christi adue-
tum multi erant demoniaci. modo autem
pauci nec multi. Tunc enim erat dialo-
lus princeps huius mundi. Sed nunc prin-
ceps huius mundi eiectus est foras. ut
Ioh. xij. et omnis turba querebat eum
tangere. **Gor.** nec multi. quia tactus eius
et sanat corpora et sanctificat animas.
quia virtus de illo exibat. id est. virtuose ge-
nerationis effectus. et sanabat omnes
Gor. ipse enim optimus est medicus cui
nullus est incurabilis morbus. Unde in
psalmis. Qui sanat omnes infirmitates tuas.
et ipse eleuatis oculis in discipulos
suos dicebat. **Beati pauperes.** **Ly.** et
accipitur hic paupertas voluntaria
per quam aliquis contemnit et ab-
icit a se bona temporalia in quantum potest
fieri bono modo ut homo liberius va-
cet opibus vite contemplatiue. quia re-
strum est regnum dei. **Ly.** hic in spe et
postea erit vestitus in re. **Beati qui esuri-
tis.** **Ly.** abstinentes a cibis delectabili-
bus et superfluis ut sic dirigatur caro in
uitutem anime. quia saturabimini. **Li.**
inchoatiue in presentia vita sed perfecte in
patria. secundum quod dicitur in psalmis. xvi. Sati-
abor cum apparuerit gloria tua. beati qui
nunc fletis. sed in presenti mundo qui est val-
lis lacrimarum. quia ridebitis in futuravi-
ta. **Gor.** felix mutatio ab opposito in
oppositum sed a fletu in gaudium. id est.
a fletu transitorio in gaudium eternum.
beati eritis cum vos oderint homines.
Gor. sed malum vobis optando. et cum
separauerint vos. sed a sua congregatio-
ne expellendo. secundum illud **Jo. xi.** Jam con-
spirauerunt iudei ut si quis eum confite-
retur extra synagogam fieret. et expro-
baretur. **Gor.** ciuitas et improperia vo-
bis dicendo. et eiecerint nomen vestrum
tanquam malum. sed nomen christianum tanquam
malum cum sit optimum. propter filium hominis

Gor. Ecce causa optima et debita pa-
tiendi sed. propter filium hominis. **Gor.** nemo
enim debet pati tanquam homicida aut fur
sed tanquam christianus. gaudete in illa die
Gor. sed gaudio interiori quod fecerunt
apostoli. ut habetur **Act. v.** Ibi gau-
dentes apostoli a conspectu filii quia dig-
ni habiti sunt pro nomine iesu contume-
liam pati. et exultate. **Gor.** sed gaudio
exteriori. quod fecit beatus andreas di-
cens. Securus enim et gaudens venio ad
te o bona crux. sic et beatus **Vincentius.** et
hoc est inquit quod semper optavi. et
votis omnibus exquisiui. Sic et beatus
Laurentius dixit gaudeo plene quia ho-
stia christi efficui merui. Sic et beata
agatha letissime et gaudenter ibat ad
carcerem. Ecce merces vestra multa
est in celis. **Gor.** tam multa quod non
potest numerari. tam magna quod non
potest estimari. tam preciosa quod non po-
test comparari. tam diuturna quod non
potest terminari in celo. quasi dice-
ret. in loco securo ergo de amissione
non timeatis. quia ibi nec fur appropin-
quat. nec erugo. nec tinea demolitur.
ut **Matth. vi.**

Aliud euangelium de martiribus.
secundum **Lu. xxi.**

In illo tempore. id est. d. i. d. s. Cum audieritis prelia
et seditiones. nolite terri. quia primum hec
fieri debent non dum statim finis. Tunc dicebat
illis. Surget gens contra gentem. et reg-
num aduersus regnum. et terremotus
magni erunt per loca et pestilentie et fa-
mes. terroresque de celo et signa magna
erunt. Sed ante hec omnia inhiat vobis
manus suas et persequent. tradentes in si-
nagogas et custodias trahentes ad
reges et presides propter nomen meum.
Contingit autem vobis in testimonium
ponite ergo in cordibus vestris non
premeditari quemadmodum respon-
deatis. Ego enim dato vobis os et sa-
pientiam cui non poterunt resistere nec

cōtradice oēs aduersarij vestri. Tra
demini autē a parentib⁹ ⁊ frīb⁹ ⁊ oī
tis ⁊ amīcis ⁊ morte afficiēt ex vobis
Et eritis odio oīb⁹ hominib⁹ ꝑ t̃ no
mēn meū ⁊ capill⁹ de capite vō nō
peribit. In patientia vestra possidebi
tis aīas vestras.

Postilla

Quā audieritis p̃lia ⁊ sedi. ⁊ ē.
Lu. xxi. Hāc historiā hui⁹ euan
gelij locutus ē dñs ihs xps Anno ei⁹
xxxij. xij. kal. ap̃l. dñica. scz palma
rū. luna. p. indictiōe. vi. In incipit il
li⁹ euā. scri. san. Lu. in p̃ncipio illi⁹
ca. Respicēs autē ihs vidit eos q̃ mit
tebāt mīera sua i gaz ophilacū. diui
tes. vidit ⁊ quādā viduā paupculā
mittentē era minuta duo. ⁊ dixit ve
re dico vob⁹: qz vidua ista paup pl⁹
q̃ oēs misit. Nā oēs hi ex abūdā si
bi miserūt hec autē oēm censū quē ha
buit misit. Et q̃busdā dicētib⁹ de tē
plo qz lapidib⁹ bonis ⁊ domis ornatū
esset. ⁊ dixit hec q̃ videtis. remēt di
es in q̃b⁹ nō relinq̃t lapis sup lapidē
q̃ nō destruat. interrogauerūt illū dicē
tes. p̃ceptor qñ hec erūt ⁊ qd signū
cū fieri incipiet. q̃ dixit. Cū videritis
p̃lia ⁊ seditōes. Cor. p̃lia q̃tū ad ho
stes extraneos. ⁊ seditōes q̃tū ad
domesticos. vñ gre. bella ad hostes
p̃tinēt. seditōes ad ciues. Nā Iose
ph⁹ in li. antiq̃tatū di. qz p⁹ passiōē
xpi. ⁊ añ destructionē citatis iherl̃m.
multe seditōes ⁊ p̃lia fuerūt ap̃d iu
deos. ⁊ samaritai q̃tenebāt ritū gē
tiliū insurgebāt oīra iūdōs ⁊ ecōuer
so. Ita i p̃lo iudeorū erāt p̃limi q̃ in
citabāt p̃lm ad rebellandū oīra ro
manos. alij at ad oīrariū ⁊ ē. Nolite
terrerī oī p̃mū hec fieri. Li. qz sūt a
deo p̃ordiatā. s̃ nōdū statim finis. Li.
qz p⁹ anditiōē taliū stetit adhuc ci
uitas iherl̃m p tps lōgū. scz q̃dragin
ta duob⁹ ānis p⁹ passiōē xpi. Cor.
voluit autē dñs differre. ne fr̃i ap̃li

iherl̃m ⁊ iudeā desererēt. ⁊ vt inter
p̃dicatib⁹ ap̃lis electi cōuerterent.
et reprobi inexcusabiles efficerent.
Tunc postq̃ seꝛ dixit. qz non statim
esset finis. dicebat ill. Surget gens
cōtra gentē. Cor. i. p̃ls oīra p̃lm.
siue vna t̃b⁹ oīra aliam. ⁊ regnū ad
uersus regnū. Ly. qz regnū iudeorū
cōtra regnū romanorū rebellauit. ⁊
terremot⁹ magni erūt p loca. Cor.
ad inuēdū qz illi tremot⁹ p̃tēl ares
erāt futuri. Vniuersal em̃ tremot⁹
nō fuit nisi in passiōe xpi. de qua dī
Mat. xxv. Et ecce tremot⁹ factus
est magn⁹. petre scisse sūt. ⁊ pestilē
tie. qz pestilētia fuit in obsidiōe ciui
tatis iherl̃m ex corruptiōe aeris. ex ca
daverib⁹ mortuorū. ⁊ fames. Cor.
ecce penuria victualū facta ē em̃ fa
mes gñalis sub claudio ipatore. quē
p̃dixerat agab⁹ p̃pheta. terroresqz d
celo ⁊ signa mag erūt. Dicit em̃ iose
ph⁹ in li. de iudaico bello qz ante de
structionē ciuitatis iherl̃m syo⁹ stetit
sup ciuitatē iherusalē p annū sile gla
dio. Quā apparitiōē quidā dicebāt
significare auxiliū sibi affutur cōtra
inimicos. Alij ecōtrario dicebāt signi
ficare vindictā dei oīra mala ihabitā
tū in ciuitate. Et ap̃t hoc erāt diuer
se opimiones de p̃lis int̃ eos. S̃z atē
hec oīa Cor. supple sig iā dicta. inci
ent vob man⁹ suas. psequētes de lo
co ad locū. vtz Jo. xij. Si me p̃secuti
sūt ⁊ vos psequētes. tradētes in sina
gogas. Cor. i. in publicos ouent⁹ ad
magis confundendū ⁊ flagellandū. Si
fuit factū est qñ celis ap̃lis denuncia
uerūt ne ampli⁹ loq̃rent in noīe ihs
su. vtz Act. v. ⁊ custodias. scz ad in
carcerandū. vt factū est qñ posuerūt
eos in custodia publica. vtz Act. v.
trahētes ad reges ⁊ p̃lides. Cor. ad
tūdendū eis. ap̃t noīe meū. i. ꝑpter
cōfessionē noīs mei. Cōtingit at vob

in testimonium **Ly.** scz euangelice veritatis ibidem cōstāter phtende. **Po** nite ergo in cordib⁹ vestris non premeditari quemadmodum respōdeatis. **Ego** enim dabo vobis os. **Gor.** id est eloquētiā ad loquēdum. et sapiētiā ad agnoscēdum. cui non poterūt resistere nec contradicere omnes aduersarij vestri. **Gor.** scz nec iudei nec heretici nec pagani. **Trademi** mi autem a parentib⁹ et fratribus et cognatis et amicis et morte afficiēt ex vobis. **Gor.** qui deberēt vos iuuare et liberare. **Et** eritis odio omnibus hominib⁹. **Gor.** hominū amantib⁹ et terrena sapientib⁹. ppter nomē meum id ē ppter cōfessionem nominis mei. et capillus de capite vestro nō pibit. **Ly.** hoc addidit saluator ad declarā dum veritatem future resurrectionis per quam resurgēt in electis non solum illa que sūt de necessitate humane nature: sed etiam ea que sunt ad decorem cuiusmodi sūt capilli. Quia meditatio huius resurrectionis multum facit ad tolerātiā martirij. de quo saluator loquebat. **In** patientia vestra **Gor.** quasi diceret. i predictis maxime necessaria est patiētia. quia in ipsa possidebitis animas vestras. id est custodietis.

Aliud euāgelium de martiribus. scdm **Lu. xij.**

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. **Attendite** a fermento phariseorum quod est ypocrisis. **Nihil** autem optum qd non reuelet neqz absconditum quod non sciat. Quoniam que i tenebris dixistis in lumine dicētur et quod in aure locuti estis in cubilibus predicabitur in tectis. **Dico** autem vobis amicus meus. **Re** terreamini ab his qui occidunt corpus. **Et** post hec non habent ampli⁹ quid faciant. **Ostendā**

autem vobis quem timeatis. **Time** eunt qui postq occiderit habet potestatem mittere in gehēnam. **Ita** dico vobis hūc time. **Rōne** quinqz passe res veneūt dipondio. **Et** vn⁹ ex illis non est in obliuione coram deo. **Sed** et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. **Nolite** timere multis passibus pluris estis vos. **Dico** autem vobis. omnis quiqz cōfessus fuerit me coram hominibus. **Et** filius hominis cōfitebit illum corā angelis dei.

Postilla

Attendite a fermento phariseo. **Item** a c. **Luce. xij.** **Historia** huius euāgelij dicta est a domino ihu xpo Anno eius. **xxi. ij. ydus iulij. feria. v. luna. xvi. indictione. nñ.** **Ante** initium illi⁹ euāgelij scribit sanct⁹ **Lucas.** q multis turbis circumstantibus ita vt se inuicem cōcularent. **co** pit ihesus dicere ad discipulos suos. **Attendite** a fermento phariseorum. **Ly.** scz ne per eorum ypocrisim auertimini a fidei veritate. nihil autē oportum qd non reuelet. neqz absconditum qd non sciatur. **Gor.** oportū pertinet ad opera mala que occultantur ex ioustria. **Absconditū** ad cogitatōnes q occultant ex ppria natura. **Sz** utrūq in futuro iudicio sciet. qm q in tenebris dixistis **Gor. i.** in pssuris et in carcerib⁹ locuti estis. in lumine dicent. i. in aplo. quādo scz ea q passi estis in carcerib⁹ legunt p orbem ad gloriā vestram. et qd in aure locuti estis **Gor. i.** in puato. puatū autē effiat verbū vel ex modo. qz submisit se in aure vel in loco qz in cubiculo. **predicabit** in tectis. **Ly.** dom⁹ ergo in illa terra habent tecta plana vbi cōgregant hoies ad spaciādum et cōfabulādum. et ideo illa q dicunt ibi publice dicant et hoc mō exponit theophil⁹. dico at vobis amicus meus ne

terreatimini ab his qui occidunt corp⁹
Vñ cri. Oia mala opat timor mortis
oia bona cōtēp⁹ mortis ⁊ p⁹ hēc. i. p⁹
occasione corpis. nō habēt apli⁹ qđ
faciant. Ostendā aut vob quē timea
tis. Time te eū qui postq occiderit.
scz corp⁹. hzptātē mittere in gehēnā
Cor. scz ipsā aiām ⁊ etiā ipsū corp⁹
Ita dico vob hūc time te. ⁊ nō aliū
Rōne qnq passerēs veniunt. i. ven
dunt. dipondio Cor. Dipondio ē poī
d⁹ monete ex duob⁹ assib⁹ cōpositū.
Ad euidentia illi⁹ fm ly. Scēdum q
passerēs abūdāt in tēra pmissionis.
Et iō de ipsis fiebat oblatio pauper
qui nō poterāt hēre alia. vñ erāt pau
ci valoris qz duo hēbāt p asse. ⁊ vn⁹
ex illis. scz qūis sit pui valoris. nō
est in obliuioe corā deo. i. nō moriet
sine puidētia dei p⁹is. ⁊ p cōis supla
neqz vos moriemini qn de⁹ ordinet d
morte vestra. Sz ⁊ capilli capitis vñ
oēs numeātī sūt. Ly. in dei pntia. No
lite ego timē multis passerib⁹ pluri
estis vos Ly. i. maioris reputationis
apud deū qz ad imaginem dei creati
Dico aut vob ois qcuqz me cōfessus
fuerit corā hōib⁹ Cor. nō tm credid
erit corde: s cōfessus fuerit siml ore. ⁊
fili⁹ hōis cōfitebit eū corā angel⁹ dei.

Sequūtur nūc euāgelia de cōfesso
rib⁹. fm Lucam. xij.

In illo tēpore dixit ihesus discipul⁹ su
is. Sint lūbi vestri pincti ⁊ lucerne
ardētes in manib⁹ vestris. Et vos si
miles hōib⁹ expectantib⁹ dñm suū
qn reuertat⁹ a nuptijs vt cū venerit
et pulsauerit: cōfestim aperiāt ei. Be
ati sūt illi quos cū venerit dñs inue
nit vigilātes. Amen dico vobis q p
cūget se ⁊ faciet illos discubē ⁊ trā
fiēs ministrabit illis. Et si venerit in
secunda vigilia. ⁊ si in tertia vigilia
venerit. ⁊ ita inuenerit: beati sunt

serui illi. Hoc aut scitote: qm si scitz
pater familias q hora sur remtz vigi
laret vtiqz ⁊ nō sineret pfodi domū
suā. Et vos estote pati. qz q hora nō
putatis fili⁹ hominis remet.

Postilla

Ent lumbi vestri pincti ⁊ lucer
ne ⁊ c. Lu. xij. Historiam hui⁹
euāgelij locut⁹ est dñs ihesus Anno
eius. xxxi. ij. p⁹ iulij. feria. v. lūa.
xvi. indictioe. nñ. Ante incipit illi⁹
euāgelij scribit sanct⁹ Lu. in eodem
ca. qz xps dixit discipulis suis. Nō
lite timere pusillus grex. qz cōplacuit
patrī vestro dare vobis regnū. Tūc
sequit euāgelium hodiernum. Sint
lumbi vestri pincti. Ly. lumbi men
tis sūt volūtas ⁊ intellect⁹ ex quib⁹
procedūt cogitationes male. lumbi
vero carnis sūt in quib⁹ viget mor⁹
luxurie. Et vtriqz lumbi sūt precin
gendi id est coartādi ab illicitis cogi
tationib⁹ ⁊ operib⁹. ⁊ lucerne ardē
tes Ly. id est doctrina clara pcedēs
ex caritate. in manib⁹ vestris. i. plen
do opere. ⁊ vos similes hominib⁹ ex
pectantib⁹ dominū suū. Ly. id ē sitis
discreti ⁊ vigilēs ⁊ solliciti de vestra
custodia expectādo dominū venturū
ad iudiciū. Sicut atqz patres ex
pectabāt eum venturū in carnem.
quādo reuertatur a nuptijs. Glosa
ordinaria. ad nuptias dominus iuit
cum post resurrectionem nou⁹ hōmo
angelorum multitudinem sibi copu
lauit. a quib⁹ nuptijs reuertitur cum
nobis per iudiciū manifestatur. vt
patet Actuū. primo. Sic veniet quē
admodum vidistis eum eūtem in cē
lum. ⁊ pulsauerit. per egritudinem.
mortem propinq designando. cōfe
stim aperiāt ei. leti eum suscipiēdo.
Beati serui illi quos cum venerit
domin⁹ Ly. in eorum morte. inue
nit vigilantes. id est in statu gratie